



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

10. Vnde oriantur quadraginta dies, quibus Moyses fuit in monte.
cap.24.v.18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

Ebra & alijs assertur postridie legis datæ, Moysen cū Iosue pro tabulis montem cōscendisse, ita nimisrum, vt per actis sacrificijs & c̄eremonijs, quæ cap. 24. Exodus referantur, Moyses, Aaron cū filijs, ac seniores clui partē concenderint, vbi Deus seniores adorarint, mandatū de tabulis in summo mōte accipiendis Deus Moysi dederit qui mox Deo mōre gerēs, seniores ad castra remiserit, Aaronē & Hur causis cognoscēdis præfecerit, assumptōq; secū Iosue sc̄ederit in monte Dei, pura in altiora montis Sinai, ibi ad diē vsq; septimā moratus, donec iussu Dei ad mōtis cacumē progredetur, vt authores iam nominati hūc locū cū Hugo ne interpretātur. Quæ interpretatio mihi probabilis videtur, & ad coniecturā prioris opinionis rēspōderi posse, eā quidem sua probabilitate nō carere, certū tamen non esse, nec Moysen tot negotijs septima die distentum fuisse, quin eodem die ad montem regredi potuerit. Omnes enim fatentur eum cum senioribus aliquam ascensus partem superasce. Vnde eum ad castra reuersum nonnulli opinantur, alij negant & assertur Moysen tam facile ascendere potuisse, ad eum locum in quo v̄lque ad diem septimum moratus est, quam ad castra descendere. Imō non appetet causa cur ad locum castrorum redire. Nam enim partem montis superauerat, quando ei dictum fuit: *ascende ad me in montem & esto ibi.* v. 12. q.d. descendant seniores excepto Iosue, quem tecum assume, & altiorē mōtis partem pete, estoque ibi quoad tabulas tradidero. Vide notas ad cap. 32. v. 15. à num. 2.

XXIV. EXODI v. 18.

Ingressus Moyses in medium nebulae ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus *Quæstio.*
& quadraginta noctibus. Quærunt hic authores, vtrum 40. isti dies computandi sint, ex quo Moyses cum Iosue montem ascendit, an verò à die septimo ascensus, quo Moyses vocatus à Deo in nebulam ingressus est. Deinde an etiam Iosue 40. dies in monte egerit?

1. Tostatus Exodi 24. q. 19. videtur in eam opinionem propendere, quæ tenet Moysen sex illius diebus, quibus in monte fuit, antequam in nubē vocaretur manna comedisse, & aquam ēriuis deorsum fluentibus bibisse: postea verò in medio nebulae 40. dies sine cibo & potu transfigisse. Ad huius rei probationē adducit verba Moysis, Deut. 9. p̄te leueraui cum Domino 40. diebus & 40. noctibus. Sic enim texum allegat, & colligit 40. istos dies, quibus Moyses se nec panē edisse, nec aquā bibisse assertit, ab eo die numerandos, quo Deus de medio caliginis eum ad se venire iuslit. Nam tunc, inquit, cōp̄it esse cum Domino, antea autē nō steterat cū eo. Huic opinioni subscribit Torniellus num. 47. vbi à die 14. mēlisterij ab Exodus, ait cōceptam primam quadragesimam, quam ieunus in mōte Moyses traduxit. Quo etiam Bonfrerius magis propendet, ac prima fronte fauere videtur versiculus 18, iam allegatus vulgatae editioni.

X 2

2. At

P.
Philippi

Chronologia

Testamenti

A. IV

174

QVÆSTIO CHRONOLOG.

164

2. Opinio
verior.

2. At verò communior & verior sententia est, totum tempus, quo Moyse tabulas legis accepturus in monte fuit, nō esse sine ratione producendum vlti dies 40. nec vllam rationem suppetere, quæ produci debere persuadeat. Tenui enim Hebræus h̄ic v. 18. cùm repræsentasset septimo die vocatum Moysem de medio caliginis, visam supra montis verticem, speciem Dei gloriae, ac Moysem in medium nebula venisse, subdit: Et ascēdit in montem, & fuit Moses in monte quæ draginta diebus, & quadrageinta noctibus. Græcus consentit: Καὶ ἦλθεν εἰς τὸ βῆμα, & erat ibi in monte, quadrageinta dies. Quare, quod vulgatus habet, & fuit in ali id quod proximè antecedit referri deber, nempe ad montem: atque ita in postremo versiculo cap. 24. Exodi, aliqua recapitulatio necessario agnoscenda. Siquidem Moyse prius dicitur in caliginem ingressus, quam dicatur ascendens in montem, cum tamen prius hoc factum fuerit, quam illud. Cum igitur sic Scriptura primam Moysem quadragesiman, ad moram in monte, absoluted ferat, non est, quod ad mansionem in caligine restringatur, ne violenta sita ius loci interpretatio, quo proximè ante numerum 40. dierum, Moyse montem ascendisse dicitur, & in eo 40. dies mansisse & utow adiungitur: ideo fatus dum est, totum tempus mansionis in monte fuisse 40. dierum, & lex illos primos dies fuisse huius quadragesimæ partem: illis enim reuera Moyse iam e in monte, quamvis necdum vocatus in caliginem. In hac sententia sunt Hebrei qui in suo Chronico Seder Olam cap. 6. & Calendarijs, die 17. quarti mensis tradunt Moysem exactis in monte 40. diebus, descendisse, & tabulas fregisse. Idcirco eam diem etiā statalem esse volūt. Genebr. an. m. 2669. idque ex doctrina Rabbi Abraham in Caballa hist. Cornelius, & Menochius in hunc locum. Salianus an. m. 254 4. num. 422. Fauet Iosephus 3. Anriq. 4. dum ait Moysem, vlti tabulas legis acciperet à populo 40. diebus absfuisse: absfuit enim Moyse a populo 40. diebus, & 40. noctes solū. Hæc ille, probabiliter que hanc rationem affert, quia cum Moyse Deuter. 9. vellet ostendere durum Hebræorum cervicem, & suos pro eius labores receleret, ait scilicet pro primis noctibus, 40. dies, & 40. noctes in monte perseuerasse: si autem 46. dies in monte perfuerit, decebat integrum eorum numerum Hebreis obijcere, vt suam ipsam litiam clarius intelligerent, & promptius ab ea desisterent. Quam rationem ponderans Salianus, ex eo confirmat, quod sex dies non sint exigua pars quadragesimi numeri, sed septima circiter, ac proinde ait eos minimè negligenter fuisse à Moysi, si antequam in caliginem vocaretur, illos in monte translegisse.

3. R.

5. Ratione: in contrarium à Tostato, illa q. 19. proposita soluit ipse ad cal-
cem q. 21. dum sicutur non dici in scriptura Moysen coram Domino, sed in monte
perstiterat 40. diebus & noctibus. Aigenim Deuter. 9. vers. 9. perseverauit in
monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non
bibens. Ita habent Latina, Hebreæ, Græca. Et v. 10. Cumque transiissent 40. dies &
tolidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas factas, dixitque mihi: surge &
descende hinc citio. Illud vero, coram Domino, ibi non legitur, sed infra vers. 18. quo
agitur de secunda quadragesima, quando Moyses procidit ante Domini, inquit,
sicut prius, ut habet Latinus & Hebreus. Græcus vero precatus sum coram Domino,
sive ante Dominum.

*Ad Rati.
Opinio.*

5. Ex hac porro sententia dicendum est Moysen primis sexillis diebus, qui-
bus in monte extra nebulam expectauit, antequam propius ad Deum accedere
iuberetur, ieunum fuisse, ut notat ipse Tostatus illa q. 19. quia constat eum ip-
sos 40. dies antequam primas tabulas acciperet cibo & potu abstinuisse Deut.
9. vers. 9. Prima igitur Moysis quadragesima, à die 7. vel octaua mensis tertii i-
nicium duxit: de fine agam infra cap. 32. v. 10. num. 15.

Conclusio.

6. Quid verò de Iosue censendum sit, quam diu in monte fäserit? Abu-
lensis quæst. 20. arbitratur eum toto illo 40. dierū spatio in monte mansisse, &
constantiter redditum Moysis fuisse præstolatum. Idem sentit Cornelius Exodi
24. v. 18. qui ait Iosue totos illos 40. dies, in illo loco suo mansisse, unde ad cacu-
men vocatus Moyses ab eo discesserat, & ut par est credere, contemplationi
vacasse. Idem purat Abulensis q. 1. Salianus verò numer. 423. non solum assertit
Iosue rotō eo tempore in monte moratum, sed etiam credibile putat in nubem
cum Moyle ingressum ibique rerum diuinatarum contemplationi & preicationi
se dedisse. Vtrum autem Iosue omnes illos dies ieunus transegerit, an verò
manna vicitur, incertum est: solum ex scripturæ testimonio habemus eum
cum Moyle montem concendisse. Exodi 24. vers. 13. Surrexerunt Moyses & Iosue:
minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei senioribus ait: expectate hic (in castris)
donec reuertamur ad vos, ego nimirum & Iosue. Quod præter authores relatios
aduertit Torniellus numer. 46. Eundem Iosue etiam in redditu, Moysi comi-
tent fuisse palam est Exodi 32. v. 17. vbi cù Moyle ad castra reuertente & priores
tabulas portante Iosue loquens introducitur, & ex amborū colloquio appet
eum ignorasse, quid circa vitulū in castris gereretur: quia scilicet, ex quo monte
cum Moyle concenderat, nusquam fuerat digressus, nec ad castra reuersus.

*An Iosue
40. diebus
in monte
fuerit.*

De Chronotaxi quarundam rerum ad tempus datae legis pertinen-

*Quidam
negant hic
scrupuli ora-
dinem tē-
poris.*

tium, de qua Tostatus Exodi 24. q. 1.

7. Fuit quarundam opinio, ea quæ c. 21. 22. 23. 24. comprehensa sunt, ante si-

nem c. 19. ordine temporum poni debere, ac deinceps cap. 20. de legis la-